

## XXXVII OLIMPIADA JEZYKA ŁACIŃSKIEGO 2018/2019 - II ETAP

### CZEŚĆ I: PRZEKŁAD

#### **Przetłumacz na język polski poniższy tekst:**

#### Śmierć Larcjusza Macedona

Larcus Macedo, vir praetorius a servis suis rem atrocem passus est, dominus superbus et saevus et ipse servi filius. Macedo lavabatur in villa sua. Repente servi eum circumsteterunt: alius fauces invasit, alius os petivit, alius pectus et ventrem verberavit. Cum eum mortuum esse crederent, in fervens pavementum deiecerunt, ut cognoscerent, num adhuc viveret. Ille, sive quia nihil sentiebat, sive quia se nihil sentire simulabat, immobilis iacebat ita, ut servi eum necatum esse confiderent. Tum effertur quasi aestu superatus; excipiunt deficientem servi fideliores, concubinae cum ululatu et clamore concurrunt. Ita et vocibus excitatus et recreatus loci frigore sublatis oculis agitatoque corpore vivere se confitetur. Diffugiunt servi, quorum magna pars comprehensa est, ceteri quaeruntur. Ipse tamen vulneribus confectus paucis post diebus decessit, non sine spe ultionis.

(cf. Plinius, Epistulae 3, 14)

#### Objaśnienia:

Larcus Macedo, Larcii Macedonis - Larcjusz Macedon